

BIJDRAGEN

TOT DE KENNIS

DER

FLORA VAN SUMATRA,


INZONDERHEID VAN DE OMSTREKEN VAN *PADANG* OP DES-
ZELFS WESTKUST EN VAN HET, TOT DUS VERRE, NOG
WEINIG BEKENDE GEBIED DER *BATTAS*,

NAAR AANLEIDING VAN DE ONDERZOEKINGEN VAN DR. JUNGHUHN;

MEDEGEDEELD

DOOR

W. II. DE VRIESE.



Sedert de ijverige onderzoekingen van onzen verdienstelijken kruidkundigen landgenoot Dr. P. W. KORT-
HALS, voornamelijk bekend gemaakt in de, op last
van Z. M. den Koning uitgegevene, *Verhandelingen
over de Natuurlijke Geschiedenis der Nederland-
sche Oost-Indische Bezittingen*, is het eiland Su-
matra, naar mijn weten, door niemand opzettelijk
botanisch onderzocht, behalve door den Heer F. JUNG-
HUHN, die, door Zijne Excellentie den vorigen Gouver-
neur-Generaal van Nederlandsch Indië, Mr. P. MERKUS,
met een topographisch onderzoek van een gedeelte
van dat eiland belast, zich die gelegenheid heeft ten

nutte gemaakt, om eenige bouwstoffen tot de kennis van deszelfs Flora bij een te brengen. Een niet onbelangrijk aantal der planten door den Heer JUNGHUN verzameld, is mij, op verzoek van gemelden Gouverneur-Generaal, door dien reiziger toegezonden. Ik heb al dadelijk gepoogd om die bouwstoffen voor de wetenschap te bezigen, en getracht eensdeels door eigen onderzoek, anderdeels door vergelijking, hetzij door mij zelven, hetzij door medewerking mijner buitenlandsche vrienden, in de botanische verzamelingen van Engeland en Frankrijk, zoowel als in die van ons Vaderland gedaan, over de mij toegezondene voorwerpen eenig licht te verspreiden.

Eene proeve daarvan is in het afgelopen jaar verschenen in mijne *Plantae novae et minus cognitae Indiae Batavae Orientalis* ¹⁾.

Ik stel mij voor om, voorloopig, eenige der uitkomsten van mijn onderzoek bekend te maken, om den schijn van uitstellen te vermijden, en ten einde daardoor althans den ijverigen Natuuronderzoeker en mij zelven het regt van prioriteit van onze pogingen te verzekeren. De volgende bladzijden bevatten eene optelling of beschrijving der geslachten en soorten, welke tot het gebied dezer Flora behooren. Ik merk nog aan, dat ik daarbij wel geene regelmatige opvolging heb in het oog gehouden, echter, zoo veel

¹⁾ Amsterdam, ELIX & COMP., door het treurig overlijden van den eenigen Chef van gemeld huis afgebroken, doch thans voortgezet door den Heer G. J. A. BEYERINK te Amsterdam.

mogelijk, alle planten welke ik onderzocht, naar de familien waartoe zij behooren, heb gerangschikt.

Ten aanzien van de plaatselijke gesteldheid, waar deze gewassen voorkomen, is mij het volgende door den geachten reiziger medegedeeld.

Aangaande *Padang*, berigt mij de Heer JUNGHUIN het volgende:

De vlakte van Padang, slechts weinige voeten boven de zee verheven, bestaat gedeeltelijk uit moerasgrond. De heuvels beoosten de rivier verheffen zich in hunnen hoogsten top, *Goenoeng batoe soerat*, 950 voet boven de zee; zij bestaan uit trachiet en pholonieth-rotsen; zij zijn slechts met eene dunne laag gele leemachtige aarde bedekt, en begroeid met graswildernissen, heesters en klein geboomte. Onder die heesters is eene soort van *Psidium* karakteristiek, die kleine boschaadjes van 5'—10' hoog vormt, en door hare rozenkleurige bloemen de physiognomie van de vegetatie meer dan andere gewassen aldaar bepaalt.

Ten aanzien van het Battas-gebied valt aan te merken, dat de planten van deze, in het midden van Sumatra gelegene, landstreek veelal zijn ingezameld op eene hoogte van 3—4000' boven de oppervlakte der zee. Uit mijne vroegere mededeelingen dienâangaande ¹⁾ is door een en ander belangrijk voorbeeld gebleken, dat dit land eene geheel eigenaardige vegetatie heeft, welke van die der overige, tot dus verre bekend geworden, gedeelten van Sumatra geheel afwijkt.

¹⁾ Zie *Plantae novae*.

FILICES.

NEPHROLEPIS SCHOTT.

(*Nephrodii spec. Brown, Presl. Gaud.*
Hypopeltidis spec. Bory.)

1. NEPHROLEPIS PALEACEA JUNGH. ET DE VRIESE.

Fronde elata, pinnata, ad rhachin et nervum dorsalem foliolorum lacero-paleacea, in pagina superiore tenuissime et sparse-paleacea, paleisque ibi caducis; pinnis sessilibus, suboppositis et alternis, oblongis, obtusis, tenuiter crenulatis, basi sursum truncatis, rotundato-auriculatis, deorsum rotundatis.

Habitat regionem Battarum Insulae Sumatrae.

E radice longissimis instructa fibrillis repentibus, plures exsurgunt frondes fere bipedales, rhachi ad basin nigro-paleaceae, dorso subteretes, in superficie canaliculatae, fulvo-paleaceae. Juga pinnarum sunt valde approximata; pinnae membranaceae, inferiores alternae, mediae suboppositae; singulorum foliolorum perfectorum longitudo pollicem $1\frac{1}{2}$, diameter vero transversa fere 5 lineas aequat; sterilium forma et circumscriptio se habet uti in diagnosi indicavimus, sed ea fertilium eorumque supremorum magis est

angustata et oblongo-lanceolata; basis tomento paleaceo densiore fulvoque instructa; margo obtuse-crenulatus, vel crenulato-serratus. Venae foliolorum pinnatae, apice punctiformi albo, in pagina superiori a margine remoto exeuntes. Sori apici venae superioris impositi. Indusia rotundata, baseos sinu affixa, sporangia brevi pedicellata.

Observatio. Sunt plures species *Nephrolepidis* generis cum structura, tum habitu maxime naturales, sibi perquam affines, nec nisi accuratiore instituta investigatione a se invicem distinguendae. In harum numero nostra species videtur affinis *Aspidio subpectinato* Bl. *En.* 145., quae tamen frondem habet coriaceam, margine subciliatam, pinnae sessiles nec sessiles, foliolaque basi deorsum cuneata, non rotundata, stipitem rhachinque puberem, non paleaceam.

Reliquas autem quas sive ex Herbario Academiae Lugduno-Batavae, et quidem Splitgerberiana collectione, sive ex Reinwardtiano, sive proprio nunc obvias habeo hujus generis species Indiae Batavae Orientalis, hac opportunitate annotatione liceat instruere vel enumerare.

a.) *N. obtusifolia* Presl. (*Asp. W.*) var. *subfalcata*. Pinnarum mediarum et supremarum foliolis subfalcatis, omnibus minute serratis; stipite ad basin levissime paleaceo, caeterum tota planta glaberrima (paleis forsitan caducis?). Reliqua quadrant cum diagnosi et descriptione Willdenovii, sp. pl. 5. 231. 37. Vidi

in Herb. Reinwardti, sub n°. 148. Legit Vir Clar. in monte Passeripsis ins. Javae. Proxima *Aspidio obtusifolio* Bl. En. II. 146, qui legit in eadem insula ad arborum truncos.

Observatio. Eximie analoga nostra varietas, uti et ipsum Asp. obtusifolium, Nephrolepidi exaltatae Schott, quod etiam animadvertit Celeb. Blume. Haec tamen ipsa, pro diversa patria et statione, plures differentiae exhibet notas, quas quidem nunc exponere hujus loci non videtur esse. In nullis vero speciminibus (obvia enim sunt ex herb. Brasiliae Martiano, Surinamensi Splitgerberiano, Fockeano, et plurima culta) vidi formam falcatam, at in omnibus serraturam manifestam, serris majoribus, acutioribusque. Caeterum haec forma N. exaltatae non unice ad Novi Orbis Floram restricta est, sed teste Swartzio aliisque utramque habitat Indiam, immo et in maris Pacifici insulis incunabula habere videtur.

b.) *N. hirsutula* (Asp. Forst. prodr. n°. 439. *Polypodium*). Swartz Syn. fil. p. 45. 17. et 241. Schkuhr. Krypt. gew. t. 33. bona. Willd. sp. pl. 5. p. 232. 39. Spr. Syst. IV. 98. 34. Herb. Reinwardti n°. 200, qui legit in insula Java. Conf. etiam Celeb. Blume, En. 146, et synonyma ibi laudata.

c.) *N. Davallioides* (Asp. Swartz) fronde elata, pinnata, rhachi dense pilosa, pinnis alternis, lanceolatis, lineari-lanceolatis, acuminatissimis; sterilibus iisque inferioribus sessilibus, subrepando-serratis, basi sursum truncato-cuneatis, deorsum rotundatis; fertilibus angustioribus steriles longe superantibus, obtuse- et

inciso-dentatis, vel sub-pinnatifidis, apice nonnumquam bifidis, sterilibus ibi et argute-dentatis, basi inaequaliter cuneatis.

Elegantissimam hancce et, propter habitum, admodum peculiarem filicem, sic liceat adumbrare. Frondes haud raro trium pedum obferunt altitudinem. Rhachis in dorso teres, supra profundius canaliculata, inferne fusco-paleacea, superne dense-tomentosa. Pinnae a se invicem sunt remotae, articulatione affixae et in siccis facile caducae, fere omnes sunt levissime flexuosae, membranaceae, nervo medio valde prominulo, crasso, aliae planae steriles, aliae apice, aliae vero per totam marginis longitudinem soriferae. Quae plane steriles sunt, infimum rhacheos occupant locum et inter se, cum forma quodammodo differunt, tum etiam magnitudine valde sunt diversae. Nimirum in aliis pinnae infimae sunt suboppositae, vix pollicem longae vel paulo longiores, $\frac{3}{4}$ pollicis partes latae, margine inferiore falciformes, superiore inde ab apice ad basin cuneatam fere rectae, obtuse- et repando-denticulatae, apice obtusae, haud acuminatae, denticulis versus apicem majusculis. Aliae quatuor, immo sex pollices aequant, et diametro transversa unum fere habent. In his est situs alternans; forma etiam ab ea, quam ultimo loco indicavimus, recedit; nam utraque linea marginalis paululum flexuosa est, apice autem fissae sunt, valde angustatae, acumen est longissimum, dentibus sursum remotioribus, acutis, elongatisque. Foliola sorifera longissima sunt, saepius octo pollices lata, lineari-lan-

ceolata, basi oblique abscissa, in longissimum apicem, eumque vulgo sterilem, nonnumquam etiam bifidum, attenuata; sori feruntur a dentibus, in media vero pinna et superiore ejus parte sunt laciniae profundiores, oblique soriferae, soris margini dentium et laciniarum appositis; indusia latere affixa tegunt sporangia numerosissima quaquavorsum protuberantia, brevissime pedicellata. *Aspidium davallioides* Swartz. *syn. fil.* p. 48. 28 et 247. Willd. *sp. pl.* V. 242. 59. *Ophioglossum acuminatum* Houtt. Linn. ed. Bat. XXXII. Pl. XCIV. 3. icon. mala, quae tantum frustum frondis soriferae representat. Blume *En.* 148.

Crescit in insula Java, admodum frequens in monte Gédé ad 4000', ubi specimina nostra legit diligentissimus van Gesker.

d.) *N. pendula*; rhachi subpaleacea, fronde pinnata, pendula, longissima, membranacea, glabra; pinnae e basi latiore superiore truncata, inferiore rotundata oblongae, subfalcatae, longissime acuminatae, acute-serratae, soris marginalibus, serraturae insidentibus, immersis, indusio reniformi.

Parasitica crescit ad arborum truncos, a quibus frondes 5-6 pedes longae dependent (Reinwdt. Mss.) Pinnae inferiores steriles, fere 5-pollicares, aut longiores (Reinwdt.), $1\frac{1}{2}$ pollices latae, apice incurvo, valde acuminatae. *Aspidium pendulum* Reinwdt, herb. n°. 1564. Legit vir Celeb. in sylvis montis Sempo insulae Celebes, m. Oct. 1821.

Affinis Reinwardtiana species *Asp. splendenti* Willd.

5. 220. 16. sed specificè sine dubio diversa. Neque etiam confundenda cum specie, quam representat tabula Rheediana, imperfecta, mal. 12. p. 61. t. 31. quam laudavit Willdenow. Ab hujus descriptione *A. splendentis* (l. c.) sic differt *N. pendula*. Pinnæ haud sunt lineares, sed latiores, oblongæ, subfalcatæ; minime acutiusculæ, sed valde attenuatæ et acuminatæ; haud obtuse sed acute-serratæ et multo minus crenulatæ, uti tabula Horti Malab. repræsentat. Frondes tandem sunt longissimæ, haud 3-, sed 6-pedales, et in tota pagina verrucis minimis, irregulariter sparsis obsitæ.

e.) *N. depauperata*, fronde pinnata, glabra, nitida, pinnis alternis, inferioribus ad mediam rhacheos longitudinem fertilibus; superioribus sterilibus, omnibus sub-irregularibus, basi inaequaliter truncatis, subrepandis, apicem versus obsolete crenulatis vel serrulatis, longe acuminatis, acutis, soris a margine remotioribus; indusiis suborbiculatis.

Rhachis et tota frons glabra, pinnæ fere 4 poll. longæ, vix $\frac{1}{2}$ poll. latæ, omnes admodum inaequales quod formam attinet et magnitudinem. Basis inferior modo oblique abscissa, modo rotundata in sterilibus et fertilibus, et contra; apex sive sursum sive deorsum acuminato-incurvatus, quandoque bifido-truncatus; pinnæ superiores steriles, minus aut vix acuminatæ; in sterilibus venatio perfecte convenit cum typo generi ab auctore posito; in fertilibus ramus medius venæ costalis est bifurcatus. *Aspidium depauperatum* Reinw. herb. n°. 1680, qui legit in insula Java.

f.) *N. Zollingeriana* n. sp.? In herb. Javanico Zollingeriano sub. num. 146, sed specimen vix completum. A Splitgerbero (in ejusdem herbario) relatum ad *Nephrol. obtusifoliam*, sed me iudice non tuto. De his vero Zollingeri filicibus quandoquidē disputare instituit Gust. Kunzeus (*Bot. Zeit.* 25 sqq. 1846), siquis alius pteridographus ille eximius, abstinere malo, praesertim quoniam ex specimine minus completo forsitan minus rectum laturus sum iudicium.

BLECHNUM LINN.

(*Asplenii* sp. Linn. et auctt. *Acropteridis* sp. Link.)

2. BLECHNUM ORIENTALE LINN.

Fronde elata, tripedali, pinnata, rhachi nuda, pinnis alternis (3-5 pollicaribus), inaequaliter cordatis, acuminatis, terminalibus confluentibus.

In collibus *Apenbergen* dictis, prope Padang in dumetis, legit Junghuhn.

Crescit quoque in insula Java, Moluccis, Sina., *Bl. En.* 197. 1. Cf. Cuming, herb. Ins. Philipp. n°. 127. in ins. Luzon. Provincia Tayabas, forma minor, pinnis acuminatissimis. In coll. Zollingeriana duo ad sunt specimina sub n°. 1034, alterum minus huc referendum, alterum majus, mox commemorandum.

Ab hac specie differt:

B. adnatum Reinwdt, herb. 1700. lectum a viro Celeb. in insula Banda, mense Junio 1821. Sic distinguendum: frondibus 3-pedalibus et ultra, rhachii paleaceo-lanuginosa, paleis demum caducis; pin-

nis utraque basis latere adnatis, 13- pollicaribus, subrepandulis, acuminatissimis, latoribusque, falcatis, in pinnis inferioribus margo inferior, in superioribus margo superior excisus.

Huc pertinere etiam videtur alterum, illudque majus specimen Zollingerianum, in insula Java lectum. Herb. n^o. 1004. Conf. p. 10.

DAVALLIA SMITH, PRESL.

(*Davallia et Wibelia* Bernh.)

§ *Subg. Humata. Cav.*

3. DAVALLIA HETEROPHYLLA SM.

Hook. et Grev. Ic. fil. 230. *Hook. sp. filicum.* III. 152.

Legit Junghuhn in Saxis arenosis Insulae Pontjang Kitjil, in Sinu Tapanoclie dicto.

Obvia etiam in Java, Moluccis, Banda, *Bl. En.* 229.

4. D. ELATA SW.

Bl. En. p. 236. 21. *Hook. sp. fil.* l. c. p. 166. tab. LV. A. Caudex repens, flexuosus, lanuginosus. Crescit ad arborum truncos.

Junghuhn legit in regione Battarum.

LINDSAEA DRYAND.

(*Kaulf. Presl.*)

5. LINDSAEA DAVALLIOIDES BL.

En. 218. *Kunze cont. fil. Schkuhrii* I. 12. tab. 7. *D. Kunzeana Hook Sp. fil.* I. 177.

In sylvis prope Tobing legit Junghuhn.

ALLOSURUS BERNH.

(Presl. pter. tent. 161).

7. ALLOSURUS ESCULENTUS. PRESL.

Pteris esculenta Forst. prodr. n°. 418. Schkuhr Krypt. gew. t. 97. Bl. En. 214. et auctores ibi citati.

Junghuhn legit in regione Battarum in montibus graminosis inter Pagger Utang et Piepierok, ad alt. 3000'.

Aliud adest specimen sine fructu, lectum mense Augusto, prope Padang, in collibus 3-500' altis, e. gr. in Apenberg.

CHEILANTHES SW.

8. CH. TENUIFOLIA SW.

Bl. En. II. 157. ejus diagnosis quadrat. Cf. Rumph. VI. 77. t. 34. 2. et auct. a Blumeo laudati.

In campis *Allang Allang*, inter Tapalong et Huraba insulae Sumatrae legit Junghuhn.

HEMIONITIS LINN.

(*Hemionitidis*. sp. Sw. *Antrophyum* Kaulf.
Blume. sect. I.)

9. HEMIONITIS FALCATA WILLD.

Antrophyum falcatum Bl. En. 109. 2. Fl. Jav. t. 32. Excl. syn. *Antr. falc.* Mertens. fouq. du Mexique. Ac. Roy de Brux. XV. p. 49.

In Saxis arenosis regionis Battarum legit Junghuhn.

LYGODIUM SW.

(*Ugenae* Cav. *Hydroglossum* WILLD. *Cteisium* Mich.)

10. LYGODIUM MICROPHYLLUM R. BR.

Bl. En. 243. et ibi citata. *Ophioglossum scandens*
Linn. Herb. Zoll. Jav. 1371.

Prope Padang, in montis Apenberg dumetis sylvaticis.

ANGIOPTERIS HOFFM.

11. ANGIOPTERIS EVECTA HOFFM.

Bl. En. 257. var. *C. cuspidata*, ibique citata.
Hook. Gen. of Ferns. tab. X.

Prope Padang legit Junghuhn.

 LYCOPODIACEAE.

17. LYCOPODIUM LEUCOLEPIS JUNGH. ET DE VRIESE.

L. caule longissime repente, scandente, pendulo, flexuoso, purpureo, fusco-rubro, ramis adscendentibus, strictis, longissimis, nonnunquam subtortuosis, foliis distantibus, adpressis, planis, tenuissimis, pellucidis, enerviis, albis, e basi latiori lineari-lanceolatis, acuminatis; pedunculis floriferis ramos vix aequantibus; amentis incurvis, cernuis; bracteis ex basi rotundata angustatis, acuminatis; thecis reniformibus, farina flavesciente repletis.

Habitus omnino peculiaris, quodammodo Bernhardias simulans, et adeo characteristicus, ut, in haud exiguo quem examinare potui Lycopodiacearum plantarum numero, nullam viderim speciem cum nostra comparandam.

Descriptio. Rami communes lignosi, crassiores, cicatricosi, pennae corvinae crassitiem dimidiam vix aequantes, quinquies dichotomi, 14 poll. longi. Squamulae foliorum vices gerentes tetrastichae, paribus foliorum sibi oppositis cum duobus foliolis oppositis alternantibus sive cruciatis, vix $\frac{1}{2}$ lin. latis, $2\frac{1}{2}$ lin. longis, basi latiori fusco-rubro, reliquam partem albis, pellucidis, supra medium minutissime denticulatis, demum irregulariter incis; apicibus ramulorum subaspergilliformibus; rami fructiferi minus stricti, sed paulo incurvi, sterilibus fere tertiam partem breviores. Amenta fere pollicem longa; bracteae vix duas lineas latae, ex parte inferiore rotundata, latiore, fusco-lutea, pellucida, irregulariter incisa, subfimbriata, transiens in lineari-lanceolatam, grosse- et irregulariter serratam; thecae duplo latiores quam longae, bivalves, apice dehiscentes, subflavescentes, farinae granulis ex basi plana convexis vel triangulari-pyramidalibus.

Lycopodium leucolepis de Vriese, in *Verslag der Vergad. der 1^{ste} Kl. van het K. N. Inst.* 8 Febr. 1845.

18. LYCOPodium TRICHIATUM BORY.

Bory voy. I. 350. *Sw. syn. fil.* 179. *Bl. En.* 263. *Spring. mon.* 91.

Legit Junghuhn in regione Battarum in rupestribus prope Gudarim-baru, ad 4000.'

19. LYCOPODIUM WILLDENOVII DESV.

Bl. En. 267. In regione Battarum, prope Huraba, in montosis sylvestribus legit Junghuhn, mense Octobri.

20. LYCOPODIUM CERNUUM LINN.

Sw. syn. fil. Bl. En. 266. *Rheed. Mal.* 12. 73 39.
In tropicis cosmopolita. Ad saxa arenosa Insulae Pontjing Kitjil, in sinu Tapanoelie dicto, legit Junghuhn.

21. LYCOPODIUM ATRO-VIRIDE WALL.

Bl. En. 270. *Hook. Ic. fil.* 39. t. 39. Eadem statio quae praecedentis speciei.

ARALIACEAE.

ARALIA, LINN.

22. ARALIA? PINNATIFIDA JUNGH. ET DE VRIESE.

A. caule arboreo, excelso, inermi, petiolis incrassatis, vaginantibus; foliis simplicibus, oblongis, pinnatifido-incisis, glabris; paniculis elongatis, ramulis extremis subcapitulatis.

Crescit in regione Battarum, ubi legit Junghuhn. Forma hujus plantae admodum peculiaris, nullum dubium de speciei novitate relinquit; immo ejus character naturalis in Araliacearum familia adeo singularis est, ut nullus dubitarem eam novi generis typum constituere, quod tamen nunc propter fructus desiderium efficere nobis non licet. Quare praestat eam ad Aralias referre, donec meliori opportunitate licebit hancce stirpem ulterius illustrare. Caeterum plurimae Araliarum notae, in nostra planta obviae, dispositionem istam hic loci a nobis admissam videntur suadere.

Descriptio. Folia sunt alterna, petioli lati, crassi, carnosi, ex vagina amplexicauli enati, marginibus subcallosis, 4 pollices longi, canaliculati, sursum planiusculi, ad dorsum teretes, nervus medius crassus, latus, versus apicem evanescens, costae tenuissimae; limbus $9\frac{1}{2}$ poll. longus, 9-11 poll. latus, formae in aliis foliis diversae, inaequilaterus, pinnatifidus, lyrato-pinnatifidus; laciniis in aliis foliis obliquis, inferiore margine e basi decurrente rotundato-excisa, convexis et subrepandis, rarissime unidentatis, apice paululum reflexo acutis, superiore levissime convexis, integerrimis, lobo terminali obovato, acuto; in aliis horizontalibus, fere ad nervum medium incisis, subaequalibus, acutiusculis vel obtusis, terminali trilobo, medio rotundato, acuto; inflorescentia suboppositifolia, paniculata, panicula elongata, fere 13 poll. longa; rhachis crassa, uti et rhachides laterales inferiores, quarum ramuli extremi irregulari

modo tripartiti, breves, singuli vel iterum ramosi et floribus imperfectis instructi, vel simplices flosculis ternis ornati. Flosculi saepe abortivi, omnes minutissimi, plerique vix $\frac{1}{2}$ -1 lineam aequantes. In flore nondum aperto calyx est tubulosus, angustus, limbo quinquedentato, dentibus brevibus, acutis, erectis; petala cum limbo calycis adnati disco epigyno inserta, subinaequalia, ovata; stamina cum petalis inserta iisque alterna, filamentis brevissimis, antheris incumbentibus introrsis, bilocularibus, loculis brevissimis; stilus obtusus, stigmatem non distincto.

Observatio. Ab omnibus speciebus Araliae generis diversa, potius propriam ejusdem sectionem constituere, quam juxta aliquam cognitarum ponenda esse videtur.

23. ARALIA CAPITULATA JUNGH. ET DE VRIESE.

A. Foliis alternis, petiolo e basi latiore producto instructis, simplicibus, elliptico-ovatis, acuminatis, basi inaequalibus, floribus axillaribus in capitulo pedunculato dispositis, pedunculis incurvis, adscendentibus, solitariis vel geminis.

In regione Battarum prope Tobing ad 2-3000' legit Junghuhn.

Arbor excelsa, ramis flexuosis; folia inferiora reflexa, alia horizontalia, erectiuscula; petioli basi dilatati, canaliculati; limbi ovati, obovati, elliptici, apice elongato-attenuati, utrinque glabri, cum petiolo 4-5 poll. longi, 2-2 $\frac{1}{2}$ poll. lati; pedunculi erecti, $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{3}$ poll. longi; capitula floralia minutissima, flosculi vix $\frac{1}{4}$ lin. longi, haud evoluti. Habi-

tus tamen Araliarum in hac planta adeo characteristicus est, ut de genere nullum videatur esse dubium. Pertinet ad Sect. I. Candollanam.

ARTHROPHYLLUM. BL.

(*Arthrophyllum* Bl. *bijdr. ned. ind.* 878. DC.
prodr. IV. 266.)

24. ARTHROPHYLLUM OVATIFOLIUM JUNGH. ET DE VRIESE.

A. Foliis pari-pinnatis, foliolis rotundato-ovatis, subacuminato-obtusis, coriaceis, umbellis compositis, terminalibus, multifloris.

In regione Battarum ad 3000' legit Junghuhn. Aliud specimen habeo ab eodem diligentissimo naturae pervestigatore lectum in *Preanger-Regentschapen* Insulae Javae, mihi missum sub n°. 273; crescit ibi ad 4300'

Arbor excelsa insulae Sumatrae et Javae. Folia sunt pinnata, multijuga, jugis 3-4-5, petiolo communi teretiusculo. Foliola opposita, petiolulata, ovata, integerrima, obtuse acuminata vel retusa, 3 poll. longa, 2 poll. lata, glabra. Rami floriferi terminales, umbellati, saepius 13-14 pollices longi; umbellae axillares simplices paucissimae; pedunculi communes 2 poll. longi; pedicelli singuli vix $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{3}$ poll. aequantes; calycis tubus turbinatus limbo fere obsoleto; petala 5 subovata; stamina 5 cum petalis limbo calycis inserta et iisdem alterna, filamentis in-

curvis, antheras nutantes, introrsas, biloculares, loculis recurvis, gerentibus; pollen subglobosum; stilus obtusus; ovarium carnosum esse e contracturis et rugis aliquo jure efficias. Omnia autem ovaria inania vidi; stilus obtusus est; fructus baccatus?

Observatio. Ab *A. Javanico* Bl. (*bijdr. ned. ind.* 878. *Herb. Reg. L. B.* 1281 *DC. l. c.*) differt: foliis haud bipinnatis; nec cuneato-obovatis, apice obtusiusculis, impari-pinnatis. In *A. Javanico* porro foliola sunt longe petiolata, multo angustiora (nimirum $1\frac{1}{2}$ poll. lata et 3 poll. longa) quam in nostra specie.

25. ARTHROPHYLLIUM DIVERSIFOLIUM BL.

Diagnosi auctoris haec adde: foliola summa ovalia, basi haud inaequalia; caeterum specimina Sumatran a Javanica planta herbarii regii 2168. c. vix diversa sunt.

Habitat regionem Battarum ad 3000', ubi legit Junghuhn.

(Continuatio sequetur.)